



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rei Poenitentis Simplex Et Hvmilis Confessio

Coloniae Vbiorvm, 1645

CAP. XXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10133

C A P . X X X I I .

Dolebam igitur, quod ego, qui quondam ad cælum usque ascendisse videbar, atque inter sidera tabernaculum vitæ collocasse, tunc in profundum abyssi, non tam meorum hostium vi, quam à mea prava cupiditate, projectus, in limo defixus hærerem, & non esset substantia. Et vere non erat substantia: nam limus, cui hærebam, nimirum iniquitas mea, inter ea, quæ subsistunt, numerari non debet: solæ rerum naturæ, quas tu formasti, quæque tibi laudes concinunt, hoc proprio signatæ nomine sunt; cætera, quæ à te non prodierunt, quæque à tuis laudibus abstinent, sicuti sunt peccata mea, absunt à ratione substantiæ longissime. Me miserum; nihil erat, quod à te distraheret, vel potius, quod me tibi inimicum redderet; attamen hoc nihil, ea vi præditum erat, ut ego, qui aliquid sum, quia tu me formasti, non ex eo egredi, quamvis eniterer, possem. O vanas hominum cogitationes, o stulta consilia! Nam, quæ major excogitari stultitia potest, quam, ob rem nullam, te divinam substantiam, fontem bonorum omnium, amittere, immo velle ad nihilum redigi? nam, quid sumus, cum à te recedimus? propemodum nihil. quid enim esse sine te possumus, vita nostra, vita cui omnia vivunt, & in qua omnes movemur & sumus?

C A P . X X X I I I .

Hic vic nihilo, miser, artissimis nodis illigabar; immo, ab hoc nihilo gravissimis catenis